Zwettl, 4. Viertel 12. Jh.



Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31714
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift



sepe diuersi languores. & afflictiones in corpore. & extrinsecus irruentes inmunere calamitates. ut fames. pestilentia. gladius. & cetera huiusmodi pericula. Que omnia quotiens cunq; patimur. eius debemus implorare auxilium. qui solus sua pietate. & animas curat. & corpora. & nouit quando filius suus quos ad eternam hereditatem. pparat. & flagellum correptionis. & dulcedinem consolationis. adhibeat. Sunt & alia mala quid aliud intelligenda sunt. nisi quecunq; nobis accidere possunt. salutem. & pacem contraria. siue per temptationes diaboli. siue per aduersitates. & miserias seculi. & maxime illa. pro quibus effugiendis specialiter orare debemus. ut liberemur. aduentura. ira. & damnatione eterna. que sine dubio manifestum constat esse futura. Orat ergo hec sacerdos animo tota cum sacerdote ecclesie. ut quod uerbis orationis dicitur. est. dulce. sed libera nos a malo. Ira nobis. pacem non precatur. ut liberemur. ab omnibus malis. deest. q. nobis uel unpreterito accidere. uel inpresenti accidunt. uel infuturo accidere posse formidantur. Vnde & dns sciens fragilitatem nostram in tantis periculis constitutam. misericorditer ammonet dicens. Vigilate & orate. ne intretis intemptationem. Et iterum. Vigilate itaq; omni tempore orantes. ut digni habeamini fugere ista omnia que futura sunt. & stare ante filium hominis. Sequitur. sacerdos & dicit. & intercedente pro nobis beata & gloriosa semper uirgine dei genitrice. MARIA. et beatis apostolis tuis. PETRO. & Paulo. atq; Andrea. Da propitius pacem in diebus nostris. ut ope misericordie tue adiuti. & a peccato simus semper liberi. & ab omni perturbatione securi. Precepit dns populo suo israhelitico cum detineretur in babilonica seruitute captiuus. dicens inter alia per hieremiam pphetam. Orate pro pace ciuitatis ad quam transmigrare uos feci. quia in pace ipsius erit uobis pax. Similiter autem & apostolus populum ecclesie exhortatur dicens. Volo igitur primo omnium fieri obsecrationes. orationes. postulationes. gratiarum actiones. pro omnibus hominibus. pregibus. & his qui in sublimitate sunt. ut quietam & tranquillam